



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

16. Vt Collatio Sit In Arbitrio Magistri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

Domini , ve' festum S. Mariæ aut Apostolorum euenerit, collaudamus . Alio verò tempore, nisi generale iejunium euenerit, bis reficiantur.

**14. POST REFECTIONEM SEMPER**  
*per gratias referant.*

Post prandium verò & cœnam semper in Ecclesia, si propè est, vel si ita non est, in eodem loco , summo procuratori nostro, qui est Christus, gratias, ut decet, cum humiliato cordere ferre inenodabiliter præcipimus: famulis aut pauperibus fragmента, panibus tamen integris reseruatis, distribuere fraterna charitate debent & iubentur.

**15. UT DECIMVS PANIS SEMPER**  
*Eleemosynario detur.*

Licet paupertatis præmium , quod est regnum cœlorum , pauperibus procul dubio debeat ; vobis tamen quos Christiana fides de illis indubitanter fatetur , decimum totius panis quotidie eleemosynario vèstro dare iubemus.

**16. UT COLLATIO SIT IN ARBITRIO Magistri.**

Cùm verò sol orientalem regionem deferit , & ad Ibernam descendit , auditio signo , vt est eiusdem regionis consuetudo, omnes ad Cöpletas oportet incedere vos, ac prius

ac prius generalem collationem sumere per-  
optamus. Hanc autem collationem in dis-  
positione & arbitrio Magistri ponimus, ut  
quando voluerit de aqua, & quando iube-  
bit, misericorditer ex vino temperato com-  
petenter recipiatur. Verum hoc non ad mi-  
miam satietatem oportet & in luxu fieri,  
sed parcus; quia apostatare etiam sapien-  
tes videmus.

UT FINITIS COMPLETIS SILEN- 17.  
tium teneatur.

Finitis itaque Completis, ad stratum ire  
oportet. Fratribus igitur à Completorijs  
exeuntibus nulla sit denuò licentia loqui in  
in publico, nisi necessitate cogente; armi-  
gero autem suo quę dicturus est, leniter di-  
cat. Est verò, forsitan, vt in tali interuallo  
vobis de Completorijs exeuntibus, maxi-  
ma necessitate cogente, de militari nego-  
cio, vt de statu domus nostræ, quia dies ad  
hoc vobis sufficere non creditur, cum qua-  
dam fratrum parte ipsum Magistrum, vel  
illum, cui domus dominium post Magi-  
strum est debitū, oporteat loqui. Hoc aut  
ita fieri iubemus; & ideo, quia scriptum est:  
In multiloquio non effugies peccatum. Et  
alibi: Mores & vitæ in manibus linguae. In  
illo colloquio scurrilitates & verba ocio-  
sa ac risum mouētia omnino prohibemus,  
& vobis ad lectulum euntibus, Dominicam

D 4 oratio-